

ut apostolus ait, *plures fiunt sacerdotes eo, quod morte prohibentur permanere*¹¹, quociens archiepiscopus post decessum prioris est ordinandus, ad ordinationem suademus patri monasterii, ut non supersedeat interesse. Ostendat ei exemplar decreti nostri et commendacionis, ut probet, qualem fiduciam de eius suffragio^r in futurum possit habere. Et quia archiepiscopus ad sedem apostolicam maxime pro pallio est missurus, si rogaverit abbatem, ut sit pro huiusmodi legatarius eius et dederit omnia, que ad viam sunt necessaria, laudamus, ut ire non recuset.

A

Ad rem namque facit, si hoc officio in eius amicitiam familiarius federatur, cum et a nobis non iniuria magis obtineat filius et domesticus quam alius, qui non fuerit ita privilegiatus. Item, quociens ordinandus est Spirensis episcopus, expedit, si et ibi non neglexerit adesse, et, priusquam ordinetur, commoneat archiepiscopum, ut eius quoque huic decreto nostro querat assensum. Aut si aliud quid voluerit, videat archiepiscopus, quid faciat pro commendatis suis, et si opus fuerit, ad noticiam nostram vel^s successoris nostri res usque perveniat. Aut si deus eidem episcopo hunc spiritum donaverit, ut non invitatus faveat humilibus Christi, tunc et illum, ne hic sine honore dissimulasse videamur, precipimus, ut in conventu fratrum quolibet die privato dicatur pro eo Psalmus decimus nonus in

B

⟨Ad rem namque facit, si hoc officio in eius⟩ ⟨am⟩icicia⟨m⟩ ⟨f⟩a⟨mili⟩ari-⟨us⟩ ⟨f⟩ed⟨er⟩at⟨ur⟩, cu⟨m⟩ et a nob⟨is⟩ non ⟨iniuria ma⟩g⟨is⟩ obtinea⟨t⟩ fili- us noster et domesticus, quam, qui non fuerit ita priv[ilegi]atus. ⟨Item⟩ quotie⟨n⟩s o⟨r⟩dinandus est Spir⟨en⟩s)is episcopus, expedit, si et ibi non neglexerit ⟨adesse, et⟩ p⟨rius⟩quam ord⟨i⟩netur, commoneat archiepiscopum, ut eius quoque huic decreto nostro ⟨qu⟩e⟨rat⟩ as⟨sensum⟩. A⟨ut⟩ si aliud quid voluerit, videat archiepiscopus, quid faciat pro ⟨commen⟩da⟨ti⟩s ⟨suis⟩, et s⟨i⟩ o⟨pus⟩ ⟨f⟩uer⟨it⟩, ad noticiam nostram vel successoris nostri res usque perve⟨ni⟩at. At si deus ⟨ei⟩dem episcopo hunc spiritum donaverit, ut non invitatus faveat ⟨humili⟩bus Christi, tunc et illum, ne hic sine honore dissimulasse videamur, preci⟨pimus, ut in conv⟩entu ⟨fratrum⟩ in quolibet die privato

r) *am Außenrand*: Abbas pro pallio archiepiscopi Rhomam ire suadetur. s) *am Außenrand*: Oraciones fratrum pro Spirensi episcopo, si favorabilis eis est.

¹¹⁾ Hebr. 7, 23: *et alii quidem plures facti sunt sacerdotes idcirco quod morte prohiberentur permanere.*